



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

De Reliqviis non Transferendis, aut tradendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

tingulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis expressa, & individua-
mentio habenda esset, illis alias in suo labore permansuris, specialiter & expre-
se derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nostrae abolitionis, interdicti, pracepti, permissionis, ablatio-
nis, iussionis, statuti, mandati, voluntaris, decreti, & derogationis infringere, vel
ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignatio-
nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit
incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ
millesimo, quingentesimo, septuagesimo quinto Idus Martij. Pontificatus Nostri
Anno Sexto.

Cef. Glorierius.

D E R E L I Q V I S N O N T R A N S F E R E N D I S,
aut tradendis.

Gregorius Papa XIII.

Ad Perpetuam rei memoriam. Pontificia solicitudinis est sacrarum reli-
quiarum, quæ diuinæ charitatis pignora, & locorum vbi afferuatur præsi-
dia sunt, conseruationi prospicere. Cum igitur in Synodo Provinciali sex-
ta Mediolanensi illud cautum sit, vt ne absque Episcopi concessu facultateve lite-
ris consignata, extra Diœcesim sacras reliquias etiam aliunde allatas asportari, nec
verò intra Diœcesis fines ab una ad aliam Ecclesiam transferri, aliye Ecclesiæ do-
nari, aut cuiquā Ecclesiastico, laicove homini earum aliquam particulam priuatim
concedi, tradi, donari liceat, proposita excommunicationis poena statim tam ei
subeunda, qui concesserit, donarit, tradiderit, quam illi, qui acceperit, asporta-
ritve. Nos ipsarum reliquiarum perpetuæ afferuationi, atque custodiæ opportu-
nius consultum, & prouisum esse volentes, Quod nemini tam seculari, quam cuius
uis ordinis regulari etiam exempto, & etiam Episcopali dignitate fulgenti in Pro-
vincia Mediolanen. sacras huiusmodi reliquias ab una Ecclesia ad aliam transfer-
re, seu aliò asportare, aut cuius personæ illas, vel illarū particulam tradere liceat
absque nostra, & Sedis Apostolicæ licentia, sub excommunicationis poena ipso fa-
cto incurrenda tenore presentium perpetuò prohibemus. Non obstantibus priuile-
gijs, exemptionibus, immunitatibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum
Romæ apud Sanctū Petrū, sub annulo Piscatoris, die 15. Februarij. M.D. LXXXIII.
Pontificatus Nostri Anno vndecimo.

Subscript. Cef. Glorierius.

D E C L A R A T I O P O R T I O N V M A S S I G N A N. V I C A R I I S
perpetuis Parochialium pīj locis perpetuō vñitarum.

De huiusmodi portionibus habes in Concil. Trident. Seff. 7. cap. 5. & sequen-
tibus. De Reformat.

De vñionibus autem habes ibidem, & etiam in Sessione 14. cap. 9. & Seff. 24.
cap. 13. De Reformat.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad exequendum Pastoralis officij debitum, vigilatibus studijs intendentibus,
ad ea, per quæ Cathedralium aliarumve Ecclesiarum, necnon monaste-
riorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum pīorum locorum
prospero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunè congruèque sub-